

el contentis locus: atq; ita partes mundi vel  
us contenta erunt in duobus locis, nempe  
eo & alijs corporibus circumscriptibus:  
deo, res una erit ordinariè in duobus locis:  
hoc est absurdum; res enim naturalis una  
pluribus locis esse non potest ordinariè, &  
naturaliter: licet esse possit extraordinariè,  
pernaturaliter, & modo imperjurabili.

Et cum Deus omnibus sit præsens; res  
lures erunt in uno loco ordinariè, quod ite-  
rum absurdum.

Locus extrinsecè tantum rem tangit &  
ambit. Ergo si Deus est locus mundi, erit  
tantum extra mundum, non in mundo: at  
hoc absurdum; in ipso enim vivimus, move-  
mur & sumus. Ergo.

Locus conservat rem ratione qualita-  
tum convenientium in corpore continente.  
si Deus esset locus mundi, haberet qualita-  
tes convenientes cum mundi qualitatibus.  
hoc falsum est & absurdum; etenim lo-  
cus conservat per qualitatum convenien-  
tiam, Deus per infinitam potentiam: lo-  
cus per extrinsecam commensurationem,

DEUS